

28
 quia in his de quibus non potest dubi-
 tari quod bona sint. emendatus est
 & inculpabilis; hoc est. si sobrius. si mi-
 sericors. si iustus. si mitis. & humanus
 est. quae bona esse nullus ambigit.
 Tunc consequens videbitur. ut ei qui
 optat & bonum uirtutum. & iam quod
 deest. fidei & scientiae conferatur.
 & in quibus maculari uideatur. eius
 uita. quae est in reliquis probabilis.
 emendatur. Si uero in his quae pa-
 lam sunt. peccatis in uoluntate per-
 manet. & inquinatus. non me oportet
 & aliquid de secretis oribus. & remo-
 tis diuinae scientiae proloqui. sed
 magis protestari & conuenire cum
 ut peccare desinat. & actus suos
 uita is emendat. Quod si ingesserit
 se. & prouocauerit nos dicere. quae
 eum minus recte agentem non o-
 portet audire. prudenter eum
 debemus eludere. Nam nihil
 omnino respondere. Auditorum
 causae utile non uidetur. ne forte
 a se sumat nos. responsionis penu-
 ria declinare certamen. & fides
 eorum ledatur. non intelligentia

proposita nri.
Magna contumelia & graue nobis
 erit peccatum. si ita desipiamus. ut
 uideamus eum qui idola colit. esse
 sobrium. nos quidem colimus sobri-
 esse recusamus. Non hoc sit inter
 nos. sed magnum habeamus studiū.
 ut si illi qui errant. homicidium non
 faciunt. nos nec irascamur quidem.
 Et si illi adulterium non committunt.
 nos nec concupiscamus quidem. Ali-
 enam mulierem; Si illi amant proxi-
 mos suos. nos diligamus etiam inimi-
 cos nros; Si illi mutuo dant his qui
 habent unde reddant. nos etiam his
 demus. a quibus accipere non spera-
 mus; Et per omnia nos qui a & et in sae-
 culi hereditatem speramus. debemus
 praecellere eos qui praesens tantum
 saeculum norunt; Scientes. quia si o-
 pera illorum nris operibus collata.
 in die iudicij similia inueniantur
 ac paria. confusio nobis erit. quod
 aequales inuenimur in operibus. his
 qui propter ignorantiam condem-
 nantur. & nullam spem futuri sae-
 culi habuerunt; & uere digna con-